



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 22. Controversia circa jus nominandi inter Abbatiam S. Maximini & Comites de Grumbach agitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](#)

Sæc. XVIII. quod ipfismet onerosum, Calvinianum
A C. 1740. scandalosum, & ad religionem penitus
 nil conducens est. E contrario autem
 si concessa libertate Lutherani abrogatos
 ritus denuo invehere molirentur
 timendum esse, ne Rex haud temere
 suspicaretur, contra se a Lutheranis
 etiamnum sinistram opinionem foris
 perinde acsieorum bonis, redditibus &
 religioni insidiaretur, proin necesse esset
 ut huic malo ceu antemurale consti-
 tem rituum usum opponerent &c.; p.
 hilominus tamen in variis Lutheranis
 rum Ecclesiis diversus erat horum
 tuum usus; in aliquibus enim jure
 concessam libertatem hæc cærement
 fuere rursus invectæ, in aliis perha-
 citer eliminatæ, proin nec conformata
 revocata, nec pristini dissidii matra-
 fuerat penitus sublata.

§. XXII.

*Controversia circa jus nominandi
 ter Abbatiam S. Maximini & Co-
 mites de Grumbach
 agitata.*

Jam anno Christi sexcentesimo quad-
 gesimo tertio Dagobertus Galliarum
 Rex Memiliano decimo tertio Abla-
 tum Ordinis S. Basilii & Monasterio S. Ma-
 ximini Treviris extra muros sito pra-

alia prædia etiam pagum *Thalevane* seu *Thalfang* vel *Talzane* dono dedit, uti patet ex p[ro]vetusto ejusdem Regis diplomate (*), quod Aubertus Miræus in suis Orig. Bened. recitat. igitur ratione hujus villæ competebat jus reale Patronatus in Parochiam hujus loci Abbatibus ac Dominis, quod etiam illibatum servaverunt Benedictini Abbates, quibus hæc Abbatia post Dagoberti mortem & Barbarorum devastations præclare restaurata ab Hildulpho Trevirensi Archiepiscopo circa annum Domini septingentesimum sexagesimum

R 2 quar-

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

(*) De fide hujus diplomatis consuli pos-
funt Mabillonius de re diplomat. I. 3. cap. 1. n.
2. necnon Hontheim in sua Hist. Trev. Dipl.
tom. I. p. 79. & tom. 3. p. 1001. Ceterum ex
ipfis documentis, quæ Lutherani pro se pro-
tulere, constat, quod an. 1578. Abbas S. Maxi-
mini jus conferendi hanc Parochiam habue-
rit & prætenderit, ut Otto I. Comes etiam
certissima Catholicorum jura nominare voluit,
ac nihilominus Lambertum Dholi Lutheranum
proprio suo arbitrio nominatum Præconem
jusserit, ut Abbatem S. Maximini accederet,
& sui præsentationem ab eo peteret, & anno
1660. ad Abbatem Reinerum prescripserit, quod
Schikerum Præconem ei præsentaret, ut ei-
dem hanc Parochiam conferret, & scripto di-
plomate, uti juris est, attribueret.

Sæc. XVIII. quartum tradita fuit. Anno autem re
A. C. 1740. paratæ salutis millesimo ducentesimo
trigesimo primo Henricus tum Abba
jus nominandi ad hanc Parochiam
transtulit, ac postea feudi nomine
Monialibus Levenbruckensis Asceten
hodie ad S. Annam cessit. Hæ ergo
hujus concessionis continuato jure
que ad infœsta Lutheranæ reformatio
nis tempora semper Clericum pro Thal
fangensi Parochia nominarunt, que
postea Abbas ad S. Maximinum Tre
rensi Archidiacono præsentavit. Po
quam vero Franciscus de Sickinger
quem Lutherus ad sacrorum ruine
vastitatemque fat idoneum sibi concili
vit, nobilissimum hoc S. Maximini
nasterium tristi incendio penitus cre
maverat, dispersis Pastoribus la
voraces Catholicum gregem invaderet
& Religiosorum bona ac jura degluti
cæperant: nihilominus tamen dec
quarto post anno Abbas pro antiquo in
jure Catholicum Sacerdotem Joanne
Römer ad præfatam Parochiam non
nabat. Ad mali cumulum præter
accessit, quod etiam circa annum re
ratæ salutis millesimum quingenti
muin quinquagesimum Kyrburgenses
nastræ Ecclesiastici spolii aucupio pe
cti Luthero nomen darent, sibique
patronatus in Thalfanganam Parochiam
VII

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

violenter assererent: & præcipue Otto I. Kyrburgensis Comes Lutheranus ejecto præfato Römero Bebenum Lutheranum subrogaret. Igitur postmodum extincta postmodum Kyrburgensi linea Grumbacenses Rheingravii in eadem quoque jura pari violentia involabant, contra quos tandem Abbas S. Maximini apud Cæsareo-Aulicum consilium Viennæ anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo litem movit, ubi per quadraginta octo annos hæc quæstio agitabatur: Utrum Rheingravius in vim pacis Passaviensis, cum post illam Talfangensi Parochiæ usque ad annos 1580. & 1590. Catholicus Sacerdos præsuerit, etiamnum loco Lutherani a Monasterio denominandi Catholicum recipere ac tolerare teneatur (*). Attamen motis interim novis difficultatibus, querelis ac controversiis hæc lis indecisa remansit, nilque reliquum Maximinensibus fuit, nisi ut interposita protestatione sua jura sarta servarent, & Lutheranum Candidatum præsentarent:

R 3

ubi

(*) Observandum, quod Lutherani Comites sicut ab initio jus Patronatus Abbatii controvertere non ausi fuere, sed tantum jus nominandi via facti sibi attribuerunt, ita erescente eorum potentia an. 1634. nequidem a Patrono consensum & confirmationem petierint.

Sæc. XVIII. ubi vero anni prioris die undecima Se
A.C. 1740. tembris Abraham Schneider Thalhae

gensis Lutheranæ sectæ Præco obierit.
Catholicus Büttlichanus Parochus e
Böckingus Trarbacensis Civis pro de
functi Filio deprecabantur; horum ip
tur precibus inclinatus Willibrordus ab
bas Candidato, qui die decima seu
Septembbris advenerat, obtinendæ Po
rochiæ spem fecit, adjecta tamen le
ut infra quindecim dies factæ gratia
teras a Monasterio impetrare satageret.
Interim vero Carolus Guilielmus Co
mes de Grumbach secta Lutheranus
eandem Parochiam Joannem Christi
num Münch eidem Abbatii, utpote huius
Ecclesiæ Patrono commendabat, o
tamen Abbas respondit, sibi jam pri
commendatum fuisse præfatum Schnei
derum, hunc etiam in mæstæ Vida
ac Matris solatium jamjam a se mis
natum debitisque concessionis factæ
teris provisum fuisse. Tum vero Lut
rani nil intentatum inausumque reliqu
re, ut se in usurpato jure tuerentur
durioribus verbis Schneiderum inc
ipiant, importunas preces ac follicula
nes ipsum interposuisse accusant, &
gitimæ vocationis defectum eidem o
jiciunt, ipse etiam Comes iteratis illis
ris Abbatem ad juris sui cessionem de
bet.

licitat (*), ac demum eidem declarat, Sæc. XVIII.
 se pacis amore paratum esse, quotan-
 nis annum jus *camerale*, seu censum A.C. 1740.
 Parochialium aliquot modiorum fru-
 menti daturum, dummodo Monaste-
 rium S. Maximini jus Patronatus in
 hanc Parochiam sibi competens in Co-
 mites Grumbacenses transferre vellet,
 id enim solemne esse aliis Catholicis
 Patronis ac Monasteriis erga Luthera-
 nas Parochias. Ad hæc exhorruit Ab-
 bas, ac die decima sexta Decembribus
 perhumane Comiti reposuit, se ex pri-
 cípio honoris ad Schneiderum in con-
 cessa sui nominatione tuendum adstrin-
 gi. His tamen minime absterritus Co-
 mes per Münchium Parochalia munia
 usque ad litis decisionem exerceri præ-
 cepit, & Schneiderum concionandi fa-
 cultate interdixit. Id vero haud ultra
 tolerandum ratus Abbas P. Damianum
 Dhume Monasterii Priorem unacum no-
 vo Curione ad Imperialis Cameræ ju-
 dicium hoc anno exeunte Mense Janua-
 rio ablegavit, qui etiam promoto libel-
 lo supplici die decima quinta Februarii
 petebat, ut expediretur *mandatum pœ-
 nale de non amplius turbando Monasterio*

R. 4

S.

(*) Casimirus Comes jus Patronatus, &
 saltem Abbatis consensum huic Monasterio ini-
 que fuisse denegatum agnoscens anno 1639.
 Patroni consensum expeti voluit.

Sæc. XVIII. S. Maximini in possessione vel quasi juri
A. C. 1740. Patronatus, nec impediendo neo-proutus
Parochum in exercitio actuum Parochialium &c. Æquissimis hisce preciosis
annuit Judicium Camerale, & Orato-
ribus petitum concessit mandatum, quod
etiam die duodecima Martii Gronde-
censi Comiti insinuatum fuit, ac tandem
an. 1740. die 23. Dec. per Camerale
sententiam a Besserero Comitis Mandato-
rio petita exceptio fori præventi &
tionis auctorum denegata est. Inter-
vero Schneiderus ad Giessensem con-
tendit Universitatem, ubi a Liebknecht
& Rollano Facultatis Theologicæ Pro-
fessoribus pro more examinatus, atque
inspecta Patroni sui Abbatis nominatio-
ne in Parochiali Ecclesia ad S. Pancra-
tium per præfatum Liebknechtum tu-
quam superintendentem in Thalfange-
sem Parochum ordinatus fuit, & que-
vis Lutherani per plures annos vi-
sectæ Parochos intruserint, reclamans
bus tamen semper Abbatibus nuncupati
in quieta usurpati juris possessione remu-
sere, sed illæsum jus nominandi & com-
mandi vi juris Patronatus apud Monas-
trium fuit conservatum, & ab Abbe-
etiamnum jure petitur ob non docimam
factam partitionem & enixum non par-
animum mandatum acrius cum declarata
paenæ & condemnatione in expensas.

S. XXII.